

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 5: De avaritia (15)

Isidorus:

Cupiditas omnium criminum mater est, quoniam apostolus ait:
Radix omnium malorum est cupiditas,
quam quidam appetentes erraverunt a fide.
Si ergo succiditur radix criminum,
non pollulant ceterorum soboles peccatorum.
Multi cupiditatis causa etiam ipsam fidem renunciaverunt.
Cupiditas enim Christum vendidit.
Nam et plerisque tantum in alienis rebus est desiderium,
ut etiam homicidium perpetrare non vereantur,
sicut Iudas appetitu cupiditatis rei alienae sanguinis explevit effusionem.

Cupiditas omnium criminum materia est. Vnde et apostolus ait:
Radix omnium malorum est cupiditas,
quam quidam appetentes erraverunt a fide.
Si ergo succiditur radix criminum,
non pullulant ceterae soboles peccatorum.
Multi causa cupiditatis terrenae etiam ipsam fidem renuntiauerunt.
Cupiditas enim Christum uendidit.
Nam et plerisque tantum in rebus alienis est desiderium,
ut etiam homicidium perpetrare non uereantur,
sicut Achab qui appetitu cupiditatis suaे sanguinis expleuit effusionem.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.41.4-5
(CCSL 111, P. Cazier ed., pp.180-1, ll.12-20).